



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Provincia Rhenana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70132](#)



# PROVINCIA RHENANA.



EGVNT in Prouincia Rheni Socii  
pra tercentum septem & quinquaginta:  
Sacerdotes centum sexaginta octo: Schol-  
larum Magistri quadraginta: Studio-  
res & quinquaginta: Rei familiaris Ad-  
iutores septem supra nonaginta: Qui-  
que vita defuncti sunt: Duo supra triginta in Societatem  
adscripti.

---

# C O L L E G I U M C O L O N I E N S E.

LIT hoc Collegium Socios tres & qua-  
ginta: Sacerdotes quatuor & viginti: Schol-  
larum Magistros sex: Studiores duos: Ad-  
iutores rei familiaris vndeциm. Stata erga pro-  
ximum ministeria suum tenuere cursum: de quibus illa  
breuiter vniuersè. Plurimorum generales exomologa-  
ges exceptas: complures corporis, animaque periculis  
eruptos

ereptos: spontaneas item, ac graues corporis afflictiones  
susceptas: egentibus liberaliter subuentum: fraudes  
sublatas: non parui momenti summas veris dominis re-  
stitutas: in gratiam mutuam reductos dissidentes, ali-  
quot spiritualibus exercitijs excultos: absolutos ab ha-  
refsi non paucos: Adolescentes in varias Religiosorum fa-  
milias adscriptos.

A N T O N I A Caroli Duci Lotharingiae filia: Iu-  
lia, Cluorumque Ducis desponsata, cum dies aliquot hic  
subsisteret, Collegium longissimo licet interuallo semel,  
iterumque reuisit, palam Sacerdoti nostro de peccatis  
confessa, demum cum cetero comitatu sacra commu-  
nione refecta. Cum vir nobilis ex eiusdem Principis au-  
la lacesitus haeretico cuidam lethale vulnus inflixisset,  
opera Sacerdotis nostri, qui vulnus acceperat & gra-  
tiam percussori fecit, & Ecclesiae gratiam recepit. De-  
sperabunda quædam cum mucrone sibi vitam tollere  
statuisset, animaduertens plagunculam coelestis agni,  
seu casu, seu consilio diuino, de collo sibi decidisse, qua-  
si diuinitus admonita resipuit. Virgo claro loco nata si-  
dei profitendæ causa, sponte pauper esse exul voluit,  
cum saepius à Cacodæmone spectabili forma tentare-  
tur, multis item plagiis acceptis, insuper & loquendi fa-  
cilitate priuaretur. Facta Sacerdoti nostro confessione,  
& sacro oleo à Curione inuncta, ex inopinato & usum  
lingue, & corporis sanitatem recuperavit. Satrapa qui-  
dam vir claro genere natus locuples, & grandæuus, ea  
modestia animique submissione spiritualibus exercitijs  
excultus est, ut se perbeatum prædicet, nunquam tanti  
beneficij memoriam depositurus.

S C H O L A R V M profectus quæ pietatis, quæ do-  
ctrinæ, quæ multitudinis, & accessus tantus iam nunc  
cernitur, ut licet nouum nuper excitatum Gymnasium  
vetere non paulò spatiöius sit; auditorum tamen mul-

D d

tudinem capere nequit. Anno vertente post ~~absoluta~~ Philosophiae studia viginti magisterij laurea ~~donati~~ sunt: ex ijs verò quinque lectissimi Societatis ~~mem~~ complexi, quibus accessere quatuor fratres alio quodam Coloniensis Academiæ Gymnasio, de quibus in Annuis Domus probationis vberius. Hos post duo futuri Coadiutores mensibus aliquot præcesserant. Excursiones hoc anno per grassatores passim vias indentes rariores factæ. Aulica missio Bonnæ apud Serenissimum Coadiutorem fructu solito, conciones, & catecheses domi, forisque continuauit. Aditi in erga-  
lis ob noxas, vel æs alienum detenti: dati confitentibus aures: visitati, & adiuti in Nosodochijs afflicti: Hebdomada sanctiore magna cum populi Bonnensis, tum aëcæ familiæ pietas enituit in visendo, adorandoque pulchro Dominico, singulari præ cæteris annis Serenissimi Coadiutoris studio & industria exstructo. Non defuere, qui dum psalmus Miserere, musicè decantare-  
tur, in sua terga flagris sœuirent: alij via benè longa prælato Christi Crucifixi simulachro, non minori populi commotione, idem de se spectaculum præbuere. Perfectum denique Gymnasium anno superiori coepit edificari, piorum omnium ordinis hominum eleemosynis. Res item domestica multorum liberalitate aucta, in primis Serenissimorum Principum Ro-  
uariæ,

## MISSIO VVE SALIENSIS.

**V**ESALIA oppidum est in Ducatu Cliuię, vbi Lupia in Rhenum influit non magis Belgarum mercimonijs, quam Calvinistarum corruptelis insigne. Coaluerat in eo perfidix pestis ab anno nono & trigesimo, nec nullus auctoritate facilè comprimi poterat, donec ad Lupiam anno superiore Catholicus exercitus hybernaret: Actum igitur ab Illustrissimo duce, D. Admiralo de Aragonia, ut Catholicam Religionem postliminio reuertentem iuxta pactiones, & foedera, pridem cum Burgundiae Principibus inita reciperent: Conuenit utrumque de conditionibus: Inuitatur actionis Praeses futurus Illustrissimus, & Reuerendissimus Coriolanus Ausarensis Episcopus per hasce partes Nuncius Apostolicus: datus ecomes itineris unus e Nostris. Itaque mense Ianuario Colonia Vvesaliam cum tota familia descendit pedes in eo habitu, qui Nuncium decebat Apostolicum, cunctis ad spectaculum concurrentibus urbem latus ingreditur. Hospitium libens offert unus e discipulis nostris Patricius Vvesaliensis domum paternam per amplam. Clausæ per totum mensem Ianuarium Ecclesiæ non nihil ad ritum Catholicum reparantur: solemni verò ceremonia de nouo velut initiantur ad septimum, & octavum Februarij, praesentibus Cæsareæ Maiestatis Cliuiæ Ducis, & Illustrissimi Ducis Admirali commissarijs. Publicis deinde sacris quotidie per quatuor ferè menses frequentantur. Senatus licet hæreticus magna tamen cura prouidit, ne quid petulanter aut immodestè fieret.

D d 2

Spes erat magni fructus, si quod gerebatur negotium  
serio, non terroris, aut exactionis causa declinare  
coepit. Conuenerat auctoritate Ducis <sup>Carlo</sup>  
à Senatu recipienda esse per vicinarum Ecclesiarum  
Præatos omnia iura Ecclesiastica, expeditum nihil  
quirendos Pastores, & alios Ecclesiæ Ministros adducere  
tandem unus, & quidem alio loco Pastor, unde datus  
abesse non poterat. Indignantur nonnulli Catholici  
quod mireris, adesse de Societate Sacerdotem, cui com-  
mitti concio posset: Noster ergo iussu Reuerendissimi  
Nuncij conciones & munia boni Pastoris, cum nullus  
alius adesset obire coepit in Ecclesia S. Antonij. Idem  
in altera quæ D. VVilibordo sacra est, diebus dominicis,  
festisque usurpatum. De plano rudiores, & pu-  
capita doctrinæ Christianæ doceri coepi, catechesi  
imagines, ac pij libelli passim distributi. Per Quadrage-  
simæ tempus in templis, & vicis ybi pauperes ad ele-  
mosynam confluabant, exhortationes, & catecheses  
ri, Illustrissimi Nuncij Sacellanus scholas habere, pu-  
ulos docere litteras, prima fidei rudimenta, proponere  
sanè successu, donec tandem quorundam Principum  
Germaniae miles ad has oras descendens, omnem con-  
tum, studiumque nostrum turbaret. Nam quod Ca-  
tholicus exercitus ab yrbe longius; Hæreticus autem  
proprius abesset palam VVesalienses insolescere coe-  
runt: pueros à templis, & scholis auocare, Nostri  
fannis, & ludibrijs obuios, & absentes vexare, ad eli-  
uationem sacri corporis Dominici blasphemias euom-  
ere, in locum Sacrificij per absentiam Sacerdotum lapi-  
des coniacee, pedibus immundis nocturno tempore  
aras impressis vestigijs calcare: superari tamen hæc, &  
alia poterant, si permanere quoquo modo Sacerdotibus  
nostris licuisset. At verò discessurus erat Illustrissimus  
Nuncius, & eos abducturus, quorum tutela Catholici  
comit

committi possent, qui mori maluissent, quam gregem, qui colligi coeperat, incustoditum relinquere. Credebatur bis mille fuisse, qui Nostros sèpè audiuerant: ducenti cum Pastore partim, partim cum Nostris ad Pascha communicauerant, non sine graui comminatione Senatus, etiam cum res optimè constituta viderentur, quod videlicet cum Sacerdotibus colloquerentur, sacra sperarent, conciones audirent, pueros ob huiusmodi vapulare frequens. E pluribus anicula quadam eò, quod se gaudere de aduentu nostro diceret, tam gratiiter est percussa, ut membra luxata traheret, quæ postmodum fulcris ad Crucifixi modum nixa, tria sacra continenter audire cum magna sua consolatione perseuerauit. Reuerendissimus porrò Nuncius, ut in digressu muneri suo preclarè satisficeret, grauiter ad Cliuense Consilium scripsit, aut ut promissos Parochos mitterent, aut duos de Societate Sacerdotes in protectione sui Ducis acciperent, donec idonei conqueri possent, ni faciant se coram Deo, & hominibus palam protestari, de minus felici negotij tam feliciter incepti successu. Pari modo cum oppidi Senatu diligenter egit, sed omnia frustra. Igitur ad vigesimum secundum Maij, vt i venerat ita Nostris secum adsumptis recessit Vvesalia.

## COLLEGIVM TREVERENSE.

**V**I VNT in Collegio Treuerensi Socij octo, & viginti: Sacerdotes quindecim: Magistri 4. Coadiutores novem: Conclaves, & catechisi mi continuati: dissidentes reconciliati: duo præfertum Primates, ex quorum simultatibus non levia

Dd 3

scandala timeri poterant. Vxor ad legitimū mariā  
magno cūm labore reducta, non multō pōst diē dūla  
extremū. Solati plures afflīti, ne desperarent  
confessiones, ad quās faciendas à quindecim pā  
millibus ventitatum: restitutions nō leutes facta  
res vtriusque sexus homines in Religiosorum famili  
transière, corporis castigationes usurpatæ: quādam v  
profligatioris ad meliora conuersæ: septem ab h̄  
ad Ecclesiam reducti: data item opera, ne qui pericul  
ri videbantur hæresis labem contraherent: famulū  
ancillis vltro, citroque commeantibus maturè conditum,  
qua ratione dum famulantur hæreticis concionat  
& sacramentorum communionem declinent. Ead  
cautio data familiæ cuidam in viciniam hæreticorum  
commigranti. Puer annorum trium & deceim, venefici  
ad nocturna nefandaque consortia traducebatur, copi  
inde personas, & scelera detegere, qua de causa pā  
nocturnis spectris, & præstigijs coactus est, solum v  
tere. Vtrique per exorcismum, confessionem, aliaq[ue] p[re]i  
dia subuentum: domus item lemuribus exinde libera  
fuit. Puella quindecim plus minus annorum magno ca  
pta desiderio virtutis, & perfectionis acquirendæ, que  
hebdomadis Sacerdoti nostro confiteri cœpit, extreme  
sabbato confessa peste corripitur, Confessarium voca  
rēgat, renuunt parentes, tum quod necesse non erit  
tum quod in magnum vitæ periculum sine necessitate  
vocandus esset: instat puella, dictans se mori non po  
priusquam Confessarius adsit, ad matrem conuersa:  
meo desiderio non feceris satis, inquit, te coram Christi  
tribunali accusabo, quod intendo, ex me non est, accerte  
Confessarium corona mihi parata ne me fraudes, ne  
licet animæ migrationem retardes: acquiescit h[ic]  
mater obtestationibus, & Confessarium vocat, quo præ  
sente patrimonium, cuius hæres erat per obitum Par  
Eccle

Ecclesijs, & pauperibus legat : matre verò renuente: Volō, & facio, inquit, quantum in conscientia, & coram Deo irre possum : Vos videte, ne vobis ipsis salutis ob-  
staculo sitis: quibus ita gestis, cùm diceret, dolores, quos patiebatur, iam remittere, nihilo minus eo ipso die se morituram esse, quod ab Angelo didicisset, petita, & accepta extrema à Confessario benedictione verecundè se collocat, rogatque de cætero nemo se conueniat, do-  
nec signo manu dato, cereum sibi sacrum porrigerent:  
quod ita factum. Nam cum stupore multorum quasi sua-  
uerendens in Domino feliciter obdormiuit. Puella de-  
functa cùm mater non sine timore extremam eius vo-  
luntatem marito insinuaret, adeò non succensuit, ut il-  
lachrymans diceret, omnino lectissimæ puellæ voto sa-  
tisfaciendum. Itaque intra tres hebdomadasquidquid  
à puella pauperibus, & Ecclesijs legatum fuit, quod mille facile taleris æstimatur, pij parentes offe-  
runt.

EXCURSIONES in vicina loca factæ suum  
retulere fructum, non dissimilem ei, qui per operas do-  
mesticas collectus est. Ex discipulis ( quorum pietas, &  
diligentia, præcipue verò Sodalium præstat ) quinque  
in Societatem nostram, post acceptam Magisterij lau-  
ream cooptati: Sodales Quadragesimæ tempore ni-  
hil ab anni superioris institutis poenitentijs muta-  
runt.

DOMVS PROBATIONIS.

**L**VNTVR in domo Probationis è stris septem, & quadraginta, Sacerdotes tem, studiosi sex & viginti, cæteri rem cum domesticam. Mortem obiit Henricus Elman, adolescentis VVestphalus, qui post septem menses probatione positos, lenta tabe consumi cœpit: omnibus denique sacramentis ritè munitus inter nouissimos euntis animæ singultus, Deum, Diuosque suppliciter testatus, felici morte vitam consummavit. Certatum titer à quodam, quem pater auctoritate Principis Ecclesiastici grauiter oppugnabat, missus est tabellio Principis cum sex Cöfiliariorum codicillis, quibus omnino parens spérabat, filij dimissionem impetratum in Qu litteras deferebat primum furere cœpit. Nostrorum porrò sermone delinitus mitius agere, paulò post adolescentis oratione mutatus, instituta de tota vita confessione tertio post die magnis actis gratijs à nobis abs culpam deprecando petit, ne sibi tam malæ causæ patr cinitim, sed' potius tyronis nostri necessarijs, & amicis scribant, velle causam nostram pro viribus agere, de tero verò quoad vixerit, nunquam commissurum, ut ipse, vel alius qui spiam se consultore tam iniquæ implicaretur.

MIRABILE conuersionis exemplum quatuor trium adolescentum, quorum tres Philosophia Magis publicè renunciati, minimus annorum sedecim Rethoræ studio completo, quasi dux, & antesignanus familiæ futurus, omnibus modis agit, vt in Societatem cooptari possit.

A  
nis è  
dotes  
em cur  
icus Fl  
a menes  
: omnib  
ssimos  
liciter  
tatum  
ipis Ecc  
ellio inf  
bus omni  
um in Qu  
Nostrom  
post adol  
ita confi  
nobis ab  
us & pa  
amicis &  
re, deo  
um, ut  
iquæ c  
naturor  
æ Magis  
n Rethor  
us familia  
n cooptari  
posse.  
possit: sexto minimum post binos, ternosve libellos sup-  
plices exhibitos, ad pedes P. Provincialis supplex cum  
lachrymis accidit: cæteri porrò fratres ad Carthusienses  
magis inclinantes, cum sorte de manu Vicarij dominicum  
corpus extremo die, quo deliberationi finis imponendus,  
erant accepturi, tam luculentos instinctus de Societate  
complectenda senserunt, vt palam dictitarent se certo  
certius intelligere quoniam tandem post triennij preces,  
& lachrymas a Deo vocentur. Igitur ad nostros accur-  
runt, vt in communionem Societatis admitti possint, o-  
rant. Audiunt interim nihil inuito parente Iuris licentiatu  
viro pio, & primario futurum: quare parentis assensum  
quibus possent modis impetrant. Conuenit omnibus, vt  
primo coniunctis operis, & studijs Patrem fatigent. Dein-  
de partitis in dies singulos laboribus singuli perentes suis  
momentis pertinent: quinis prope mensibus hunc in  
modum parentis animum pulsant: quid faceret pius, &  
prudens parens? Ipso Parasceues die motus haud dubie  
diuinitus omnibus potestatem facit voto suo potiundi:  
post ferias ergo Paschales alacres, ac lati Treuiros ad  
Domum probationis se conferunt: ybi magna cum satis-  
factione, parentisque gaudio, strenue perfectioni dant  
operam.

MISSIONES in vicinos pagos, vicos, & vrbes in-  
stitutione magno cum fructu, quæ Confessionis, & Euchari-  
stiae Sacramentis obeundis, quæ templis à squallore re-  
purgandis, qua Christianæ doctrinæ capitibus explican-  
dis, quæ discordijs sedandis, afflictis consolandois, & id ge-  
nus Societatis nostræ functionibus obeundis. Verno ie-  
junio bis ad Carthusiam catechismus explicatus. A Do-  
minica Passionis ex institutione Catechistica tantus  
confitentium numerus esse cœpit, vt quinque Sacerdotes  
nullo modo sufficerent. Inopia Domus nostræ liberali-  
tatis eleemosyna, quingentorum videlicet florenorum,

per opportunè subleuata. Non taceendum , quod in eiusdem domus angustijs Reuerendissimus & Illusterrimus Elector paucis ab electione mēsibus sacris ordinandi iari , prandiumque cum paupere familia sumere vixit.

## COLLEGIVM MONGVNTINVM.

**S**VNT in hoc Collegio Socij septem,& quadraginta : Sacerdotes 20. Præceptores quaque studiosi Scolastici duodecim: Coadiutores 10. In Societatem cooptati Magistri domus domesticæ adiutor unus. Decessit P. Amolius VI Leodiensis , annorum quinquaginta quinque, cum in Societate quatuor & triginta annos vixisset. In morbo ad decubuit singularem patientiam, obedientiamque pro se tulit omnibus maturè Sacramentis munitus, integrò ad ultimum usque spiritum iudicio placidissime animam in creatoris manus restituit. Triplex Moguntia Sodalitas, duæ B. Virginis, Angelorum tertia , quæ ferè constituta ex pueris. In omnibus toto quidē anno, sed Quadragesima maximè creber fuit ciliciorū , & disciplinarum vias. Itaque ob multitudinem numerus vix potuit iniri, eorum, qui se publicè prælata cruce flagellarunt, idque in sexta dumtaxat feria , vt annis superioribus , sed etiam quauis per Quadragesimā tertia. Præ cæteris vero Convictores in hoc genere certaminis eminent. Porro ferè sexta quamuis totis Sodalium castris contra carnem pugnatum fuit , debellatio tamen constitit penes eos , qui sunt in Sodalitate priuata , quæ selectorum est è coniutoribus, alijsque Gymnasij discipulis.

CIVIVM erga nos amor crescit in dies , prout  
pene,

perte, quando res ita fert, subinde testati sunt. Canonicus nobilis ædis primæ Reuerendissimi Vicarius in spiritualibus, vir Ecclesiasticæ disciplinæ amans, bonis charus, malis formidabilis obijt repentinè : verùm ita comparatus, ac si de casu diuinitùs fuisset præmonitus. Habuerat pridiè quām moreretur, antemeridianis horis domum plenam nobilium cognatorum ex itinere inuisitentium: nihilominus quoniam feria quinta maioris erat hebdomadæ præcedente vespere confessus, ita suis manè valedixerat, vt in eorum digressu ipse Missam ficeret, à meridie cum meditabundus, & inambulans libellum de Passione Domini lectitaret, subita sanguinis corruptione subito concidit, & concurrentibus domesticis, intermortua voce Confessarium accersiri iubet, quamquam proximum esset Collegium, & Sacerdos noster aduolaret, non plus tamen potuit, quām vnum illud interrogare, vtrum de peccatis doleret, violenta, & semiuiua voce annuit, & obit. Adsunt interim Cathedralis Ecclesiæ canonici nobiles, de communi consilio placet inspici corpus, & ecce vestitum cilicio, ea res opinionem Nostri extulit in manus, quod valens vteretur nobis familiariter, & non solum laudabiliter viueret, verùm etiam quæ gereret præclarè nobis auctoribus facere putaretur. Frequenter ab ægris expetimur. Ab hæresi quindecim plus minus abdueti, horum non nemo nobilis. Plures totius vitæ noxas detexere. In his par coniugum quinquaginta annis in medijs hæreticis sanum in fide, sed sine Sacramentis perstiterat: nunc quāndo apud Catholicos degit, se iam non amplius inter Ethnicos, sed inter Christianos viuere dicitat. Libri hæretici aut exusti, aut ad nos allati: corrogata pecunia subleuati inopes studiosi: adiuti multi in carcere rei, in valetudinario ægroti, ad supplicij locum damnati, in vijs publicis deserti, solis Paschæ diebus cùm pauperibus peregrinis non pateret in Vrbem ingressus, emissi

missi Nostri , sexaginta egentes in vicino templo confes-  
sione , communione, cibo, potu, collectaque ex elemo-  
nynis pecunia recrearunt : sacris commentationibus  
culti aliquot: in ijs Reuerendissimi alumni , qui hinc  
ceri confueuerunt quādo primū litare, & in Parochi  
exire cogitant. Catechesis præter solitam in scholis, in  
vrbe forisque pluribus in locis, aut instituta, aut restituta.

Q V O D ad Missiones attinet, è varijs vna illustris  
fuit. Vicus frequens distat Moguntia duodecim passuum  
millibus cum careret parocho admonitu ludimagistri  
scholis nostris educiti, enocantur à Senatu Nostri, semel,  
iterum, & quod non inueniretur interim idoneus Pastor,  
maiori anni parte, sacra iacebant multa ignoratione, &  
neglectu. Ergo à Nostris vindicatum templum à situ, ar-  
testæ, instrumentum sacrum renouatum, restauratae sup-  
plicationes, exequiæ, præcepta Ecclesiæ de audiendo fa-  
cro, & festis celebrandis, explicata fidei capitâ, quæ incor-  
læ ceu desperata à Catholicis obliuione sepeliri puta-  
bant: coemptis, è Senatus, & incolarum Symbolo rosarij  
catechismis, imaginibus, excitata iuuétus ad catechesim,  
inducta frequens communio , quæ vt de alijs sileam, uno  
mense fuit eiusmodi. Prima dominica, qui S. Synaxi frue-  
rentur, viginti octo venerunt. Secunda centum amplius.  
Tertia supra septuaginta: Quarta propè octoginta. Fama  
mutationis circumquaque longè manauit: sed nihil æquum  
incolarum animos conciliauit, atque quod hunc qualen-  
cumque laborem susciperemus gratis. Catholicus q-  
dam moribundus in pago hæretico patria procul, q-  
buscumque obuijs minabatur, ni deportaretur ad Ca-  
tholicos confessionis, & communionis potiundæ causa.  
repetitur se rationem apud summum olim Iudicem.  
Fatigati obtestatione hæretici miserum coniuncti in car-  
rum cum alio , qui consimili infortunio longissimè à suis  
inciderat in desperatam valetudinem via publica expoli-  
tos

tos relinquunt sémimortuos propè pagum, in quem Nostrí traecto Rheno itare solent ad explicandā doctrinam Christianam: qua recognita aduolant, à circumfusa multitudine locum sub tecto postulant, cum reperiatur nemo, qui offerret, Catechista multis officium debitæ charitatis commendans, ad extreum testari cœpit, non arbiturum ni impetrasset: mota multitudo nec Nostris in charitatis contentionē cedere voluit. Vterq; porrò sacramentis, & cohortationibus bene munitus, spe bona plenus animam feliciter expirauit. Quam nobis Domum superioribus annis ab Illustrissimo Principe nouam scripsimus exstructam fuisse, eam hoc anno cognouimus casu (nam sua Celsitudo nunquam forsitan Nostris modestiæ causa de expensis indicasset) constitisse florenis super quatuordecim millia, trecentis triginta quinque, quibus hoc anno denuò mille plus minus adiecit.

## COLLEGIVM HERBIPOLENSE.

**V**I VNT in Herbipolensi Collegio Socij quadraginta: Sacerdotes nouemdecim, Professores quatuor, studiosi Philosophiæ octo. Nouem rei domesticæ Coadiutores. Magnus in Domini Natali numerus confitentium, communicantiumq; maior in Paschate. Missiones in quinq; diuersa loca, seu oppida facte. Depoposcerat itē operam nostrā Seren. Maximilianus Archidux Austriæ, litteris ad nos perhonorisfice datis, & manu subscriptis sua. Missus Sacerdos cum Socio, qui Principi, cæterisque primarijs utilæ viris confitentibus aures dedit, sacramque Synaxim distribuit. Haud dispar benevolentia in ordinem nostrum testificatio Reuerendissi

uerendissimi Nuncij Hieronimi de Portia Adria Episco-  
pi exstitit, qui cum summi Pontificis iussu ad Bamber-  
gensis Ecclesiæ res inspiciendas hucusque excurrit, ob-  
noxè Societatis causam & Collegium Reuerendum  
nostro cominandauit, Nostris vñus confessarijs. Com-  
pres è remotis locis huc ad nos ventitarunt, siue reme-  
malè pacatæ conscientiæ quærendi causa, seu fraudis,  
imposturæ Cacodæmonis nescitandæ, vitandæque:  
qua de causa Sacerdos item noster cum Socio longissimum  
iter, & laboriosum in Sueiam suscepit.

ITVM s̄epitis ad vicina loca, Parochi destituta curi,  
fructu non pœnitendo, tum discordijs sedandis, seu in  
Religiosorum, seu coniugum familijs, tum rosarij, simili-  
busque fidei mysterijs explicandis. Præter aliquot, qui  
cum Ecclesia in gratiam redierunt decem, & quatuor ab  
errore, & hæresi traducti in fidem Catholicam. In ijs non  
nemo nobilis, nutantes alij confirmati, alij in tuto rece-  
pti. Libri multi hæretici, aboliti, & servitia ab heris, &  
familijs eiecta, quæ ob pertinaciam de errore non repu-  
terent. Discipulorum quoque in pietatis studio rara laus  
enituit; præsertim eorum, qui Virginis Sacratæ Sodalitio  
sunt operati. Ex his alij sacris commentationibus excul-  
ti, alij ad Religiosorum coetus se aggregarūt, duo ad So-  
cietatem. Maior etiam hoc anno Sodalium in domando  
corpore, pñisque vñtrò à semet exposcendis ardor exti-  
tit. Hinc sancta Quadragesima tota exuerberatum mu-  
titudo, qua non frēquentior alias, ea fuit ad spectaculum  
vndique confluentium turba, vt aula sanè capacissima, in  
qua res gerebatur, multos excluderet. Probavit hanc u-  
uentutis raram in hisce locis pietatem ipse Princeps, &  
collaudauit. At nob̄i recens Catholicō eas feruor illa  
pietatis faces subiecit, vt cum forte spectaculum vñpat  
oculis, actoribus ipse misceri potius, quam spectator o-  
tiosus aditare mallet, tantumque inde præteritæ vita cri-  
minum

minum dolorem cœpit, ut qui exomologesim antea perhorresceret; eam sponte mox susciperet. Illud demum admiratione dignum; Auriga vir bonus, & pius, dum loris adstrictos equos aquandi causa Mæno flumine mergit altius, eò cum equis abripitur sentit, vnde receptui nulla spes ostenditur. Quare medio in discrimine deficientibus humanis præsidijs, ad communem Deiparæ Matris opem confugit, eiique vota in æde proxima mox exsoluenda facit, & voti citius spes euadendi affulxit. Rem inde gestam sibi gratulatus, Sacerdoti nostro exposuit.

## COLLEGIVM SPI- RENSE.

**N**VMERANTVR è Nostris in Collegio Spirensi viginti. Sacerdotes decem, Magistri quinque. Totidem coadiutores: Vita defunctus est P. Ioannes Henricus Burrus Horben-  
sis annum iam tertium Coadiutor formatus, vir magnæ  
sanctitatis, & exempli, quæ domi quæ foris, eximius in cō-  
scientijs tractandis, pacandisque. Obiit ipsis Kalendis  
Maij, annorum plus minus triū supra quadraginta; quo-  
rum nouem & decem in Societate nostra laudabiliter  
exegit. Ex discipulis quatuor perfectioris vitæ institu-  
tum in Religione complexi sunt. Complurium tantus  
amor, & ardor fidei palam profitēdæ, prout se res, & oc-  
casio tulit, ut ne ridentium cachinnis, ac sannis, alijsq;  
minis, ac modis absterreri potuerint. Idem studium ple-  
riique declararunt in adeundis ægrotis, afflictis consolan-  
dis, iuandisque miseris. Plures oblata sibi ab hæreti-  
cis studiorum subsidia constanter idcirco recusarunt, ne  
vide

videlicet his irretinentur illecebris. Libri seu de fide, seu de moribus, & impuritate suspecti domū nostram delati. His, alijsque fidei, ac pietatis exercitijs hæreticoꝝ Gymnasiarcharū, aliorumq; id genus hominum amos plurimū commouerunt. Domi Nostrę seni deni per aliquot spiritualibus exercitijs operam dedere: inter quā plerique aut religione, aut nobilitate, doctrināe pristabant. Reconciliati qui graui dissimilitate dissidebam̄ desperanti maturo remedio subuentū: Expeditum exhibitumque à Nostris diu, noctuque maximis in morbis, & angustijs solatium, atque auxilium, quod tanto fuit gratiūs, quāto morbi cōtagio, fœditasque plures ab hoc officio deterrebat. De totius vitæ noxis amplius quadraginta confessiones exceptæ. Ab hæresi resipuerunt septeni deni supra centum. Iudæus ab hæretico perlungus, vt nostram fidem susciperet, auctor eidem fuit, v. eandem ( ne mali consilij reus esse mallet ) secum complectetur, utrique mituum consilium profuit.

V V L G A R I A , peneque quotidiana, quæ sequuntur: Ab hæreticorum scilicet consortio, coniunctiō abstracti plures, aliquot legitimis copulati nuptijs, non nemo pellicem domo dimisit: auersa pecunia vers dominis restituta. Excursiones ad quadraginta circuita loca factæ: tanta messis ybertas, vt omnibus satisficeret non posset. Itaque sapientius in opem Capituli alumnos de poposcimus. Curionibus aduersa valetudine decumbentibus libenter, ac frequenter subuentum, sapientius ad ceres itum: deducti cum solatio, qui supplicium capluerunt. Aliquoties in VVeillerstatt Imperiale oppidum missio directa est, non solum quod omnino parochus decesset, sed ne ciues à fide deciserent, quorum maior pars ad defectionem spectare visa. Deinum possessionem Præposituræ Cathedralis Ecclesiae supra omnium spem, & votum mirantibus, & stupentibus hæreticis iuxta

ac Catholicis adiuimus: coeptum in eodem loco construi templum, cuius vti fundamenta piorum liberalitate iacta sunt, ita speramus eadem feliciter exædificari posse: in primis verò Reuerendissimi Principis, cuius in nos magna benevolentia testificatio. Rem domesticam iuuit R. D. Decanus Ecclesie S. Germani, testamento nobis legans centum imperiales taleros: pia quædam fœmina florenos quinquaginta, totidem aliis quidam Societatis amicus: Nobilis summa ædis Canonicus plaustrum & dimidium vini.

## COLLEGIVM FULDENSE.



ONTINE T hoc Collegiū Socios duos & viginti: Sacerdotes tredecim: Professores tres: Adiutores rei domesticæ sex. Conuersæ ad fidem Catholicam familiæ octo integræ, computatis ijs tantum, qui per ætatem communicarunt. Præter hos complures alij nomina dederunt: summa omnium capita quinquaginta duo. Vexillifer non infimæ sortis, & familiæ, primum quidem militibus suis Catholicam religionem commendat, mox de sua sollicitus salute confessarium de Nostris petit, & obtinet, hæresim palam detestatur, ex formula Concilij Tridentini fidem profiteatur orthodoxam. Per idem fere tempus Vrbis huius prætor, vir antiqua nobilitate vnâ cum coniuge, liberisque sanam cōplexi sunt fidem, licet hæretici nati, educati que. Vir quidem septuagenario maior, qui ipsum olim vidit Lutherum sèpius a Nostris tentatus omnino cedere noluit, donec grauissimo morbo, nocturnisque spectris admonitus, vnâ cum peccatis errorem coram Sacerdote

E e

nostro detestaretur, quo factio seipsum morbo, dominum  
 verò spectris liberat. Adolescens quidam sutoriam facti-  
 tans, æger, ab omnibus amicis, & notis sub dio defensus.  
 Sacerdote nostro benignè iuuatur, vt & errorem de-  
 reret, & de peccatis ritè confessus animam moriens  
 manus Creatoris reponeret. Puer quidam nostras fre-  
 quentans scholas, vix dum duodennis, vt sacræ mens  
 particeps esse posset, (quod in hisce locis euidens argu-  
 mentum professionis fidei) magna sanè industria, neq; mi-  
 nore labore, parentes, vt sibi lubentes assentiantur, ex-  
 pugnauit. Sodales conuictores hoc anno plus, quam ceteris,  
 præsertim verò Quadragesimæ tempore, cilicia, fla-  
 gellationes, humili cubationes, & id genus poenitentias v-  
 surparunt. Ex discipulis vñus in Societatem cooptatus:  
 spes pluribus facta est: vñus item rei familiaris adiutor.  
 Puer quidam duodennis genere nobilis, à gymnasio no-  
 stro cuiusdam hæretici Principis iussu abstractus, modis  
 omnibus parentes obtestabatur, ne tanto salutis periculo  
 exponeretur: illisque cur petitioni non annuerent, metum  
 Principis obtendentibus: Bene habet, inquit, abire no-  
 lens cogor. Vobis autem, Parentes mei, denuncio me Ca-  
 tholicum esse, nihilque habere commercij cum Luthero,  
 aut Caluino: si verò corruptelis eorum labefactatus ve-  
 ram fidem deseruero, vos, me accusatore, olim coram  
 Christi tribunali istius peccati ratione reddetis: abduc-  
 tur interim filius, omnibus modis, vt à fide desiccat im-  
 pugnatur: at ille constantia superior, vt ad nos reuer-  
 possit impetrat. Serenissimus Maximilianus Archidux A-  
 striæ magna nos benevolentia complexus, ad nouam a-  
 dificij partem inchoandam quingentos florenos donauit.  
 In aula Collegij salutatus à quodā è Nostris, disertis, la-  
 tinisque verbis respondet, omnibus Aulæ, Provinciæque  
 primarijs viris audientibus, se Societatis, ac Collegij no-  
 stri fautorem eximum, promotoremque esse, semperque  
 futurum.

futurum. Res Collegij auctæ accessione villa nouæ mille  
florenis emptæ.

## COLLEGIVM

### HEILIGENSTADIANVM.

**C**OMPLECTITVR Heiligenstadianum  
Collegiuni Socios duodecim, Sacerdotes sex,  
Magistros tres, Coadiutores totidem. Adsciti  
in Societate duo rei familiaris administri. Pjjs  
commentationibus erudit Religiosi sex, Curiones duo,  
adolescentes complures, seu clero, seu religioni nomen  
daturi. Ex his cuidam res admiratione digna accidit. Te-  
nebræ foris erant densissimæ, intus cubiculum nescio qua  
luce collustrari videbatur: tum larua sororis etiamnum  
vuentis speciem referens, reducta lecti cortina, ad vigi-  
lanter metuque trepidum: Quid tu, inquit, hoc loco? Sur-  
ge ocyùs, & te quamprimum hinc aufer, me sequere: ter-  
ritus adolescens, & præ stupore vix compos sui, cum pa-  
rere tamen abnueret, iterum, ac tertio eadem vox repe-  
titæ: sed vicit tandem veteratoris imbellis impetus ty-  
ronis constantia; post tertium congressum nihil obtinens  
adducta rursus cortina, magno cum fragore spectrū suas  
in latebras recessit. Discipulorum virtus in primis enituit  
intuendis Ecclesiæ sanctionibus. Fuit quem parentes hæ-  
retici iam plures annos reuocauerant à Catholica com-  
munione, quamvis interea poenitentiæ sacramentum sæ-  
pius obiret: is nunc demum illis inuitis ad sacram men-  
sam frequē ter accedit. Alteri cuidam parente, verno ie-  
junio legitimos cibos negabant, crebroque carnes cum  
iurgijs, & contumelijs obtrudebant; at ille maluit arido  
pane viçtitare, quam sacri ieiunij leges infringere, idque

Re 2

tum etiam , cùm ei Confessarius potestatem fecisse ref-  
cendi appositis in paterna mensa cibis. Certas cum  
scholaſticas de pietate ciues illi, qui nuper in Sodali-  
Deiparæ Matris Virginis adscripti sunt. Censentur nunc  
Sodalitio capita circiter quadraginta, quibus ex-  
stituto ſolemne quot mensibus sacram synaxim fumer,  
ſupplicationes hactenus incuria Parochorum neglecta  
inſtaurare , quibus hic populus mirè delectatur. Sunt et  
his complures mercenarij , qui per operarios etiam dies  
subinde , quod ex necessario labore ſurripere poſsum  
temporis , id ſacris impendunt Rosarij legendis , ſi quid  
impediti forte neglexerint, compensant diebus festis. Ap-  
poſuit cuidam à labore accumbenti veritas dapes Secta-  
rius Paterfamiliæ, ſed respuit Catholicus operarius, du-  
roque tantum pane reparat vires. Idem alijs quibusdam  
infoederatis laboribus , quos pariter locant communi  
consilio fixum ac deliberatum eſt, nuptiali mensa in ma-  
gno quandoque hæreticorum confeſſu abſtinere, dannati  
epulis non ſine fremitu Libertinorum Euangeli. Pa-  
ua hæc, at nobis hic in tam ſoluta Eccleſiæ disciplina ma-  
gna cenſeri debent.

EX C V R S V M à Noſtris ad diuerſa plus minus  
ctodecim loca : adiuti parochi in excipiendis confeſſio-  
nibus , & de officio commoniti. Audit̄ de tota vita tam  
multi , vt numerandi diligentiam multitudiſ ſuperari.  
Ad Catholicam religionem traducti ſeptem, & triginta  
A flagitiosa vita ad honestam foeminæ nonnullæ. Sena-  
oppidi cuiusdam cum ſuo parocho , à quo pertinaci-  
multate diſſidebat, reconciliatus. Prohibita maleſicia ſp-  
ritualibus amuletiſ. Mulier cui dæmon ſæpius intermina-  
ri ſolet , vt ne desperaret adiuta : ſubuentum captiuis, &  
infirmis. Fœmina recens addita Catholicis cùm lenta-  
be conſiceretur , monitu coniugis hæretici, Sacerdos no-  
ſter forte transiens aduocatur, audit̄que de tota vita con-  
ſitentem

fitentem, quæ paucis post diebus decepsit. Admiratione digna mors virginis cuiusdam nobilis, septuagenaria maior erat, exul, & pauper religionis causa, cùm solum mutasset Halberstadium vechit, ubi anno nonagesimo primo vni è Nostris, qui in ea missione versabatur, hoc vi- sum sibi oblatum retulit. Annum agenti decimum quartum ætatis morbo variolarum, eò se redactam dicebat, ut circumstantes amici conclamatum dicerent: hoc ipsa inaudiens rogat præsentes paulisper ut secedant, qui dum discessum simulant, & interim quid agat obseruant, puella velut remotis arbitris in preces se dat, & cum gemitu queritur, quod cœcum mortis iter absque sacro via- tico cogatur ingredi, interim Diuinæ clementiæ se com- mendat. Inter hæc videre sibi videtur candido amictu virginem iubentem bono animo esse: Non, inquit, iam morieris, sed alio in loco inter sacerdotes Catholicos, qui moribundæ adsint, & omnibus sacramentis migraturam ritè communiant: Sabbati die nobis dicato defungeris. Affirmavit dictis fidem euentus, breui conualuit, & grandior facta sèpius exilium mutans, ad extremum perue- nit Heiligenstadium, ubi quotidie sacris mira cum perseuerantia prima, postrema interfuit: domi verò conduso apud ciuem cubiculo, adeo pauperem vitam egit, vt nonnulli etiam sordidam iudicarent, etsi non deerat ex annuis redditibus vnde se honestè aleret: sed maluit ani- mæ subsidia comparare, erogatis in pauperes, & religio- sa loca pecunijs, quam caduco corpori superfluum cul- tum prestare. Hoc viuendi tenore cùm sèpius inter morbi cruciatus candidam Virginem inclamasset, ad optatum denique Sabbathum peruenit. Eo die sacrâ commu- nione confirmata, & cæteris sacramentis munita, sequen- ti nocte sub exortum Dominicæ feliciter migrauit.

## MISSIO ERFOR DIENSIS.

**V**ERSANTVR in hac missione duo Sacerdotes è Nostris, quorum labor concionibus, confessionibus, & infirmorum visitatione potissimum stetit. Ecclesiæ ab hæresi restitui amplius decem. Virginum monasterium superioribus reformationem molientibus obstrepens, opera Nostrorum mitius, & obsequens effectum. Quidam magni nominis, & nobilitatis vir, omnia Lutheri opera accuratè impresa Sacerdoti nostro donauit. Alius Ecclesiasticus moriens aliquam suæ pecuniae portionem Nostris testamento legavit. Publica supplicatio magna cura, & diligentia instituta, multos Catholicos in fide confirmauit, multis è plebe Lutherana non displicuit.

## COLLEGIVM CONFLVENTINVM.

**C**OLLEGIVM Confluentinum iam nunc octodecim censem capta, Sacerdotes vndicim, Professorem vnum: sex, qui rem domesticam curant. Exerciti cum fructu omnes ritualium meditationum vsu, ad mensem pœnè integrum: exterorum plures solito. Exceptæ totius virtutum confessiones permulta: nonnulli pertinaces abiecerunt iniurias: aliqui lascivis vinculis expediti: una se redditio monasterio, vnde profugerat: monitu nostro Ecclesiastici adolescentes, virginesque cilicia, flagellaque frequenter.

runt. Abolitæ consuetudines noxiæ. Catechismus in Parœcia, magna confluente multitudine, non minore cum fructu quo hebdomadis explicatus. Adiuti pauperes eleemosynis unde quaque corrogatis. Puerorum Sodalitas sub Angelorum præsidio collecta probis exemplis diffunditur: Nam pumiliones illi crucem formare rudes docuere, temerè iurantes commonuerunt, in fide vacillantes ad templum deduxerunt, ad Confessionem ritè faciendam grandiores erudierunt. Disputatum non sine fructu cum Principum Germaniæ legatis sectarijs. Mirificè Catholicos pariter ac hæreticos mouit concio de Christi passione instituta: maximè verò, quæ de fidei controversijs habebatur. Ciuium porrò Magistratus qua sit in nos benevolentia, hac veluti nota voluit eminere: Adolescens iniuriosior in vnum aliquem è Nostris ad Magistratum defertur, qui continuò per apparitorem citat obnoxium ad compedes, prouolantem ex vrbe prosequitur, in publicas relata tabulas sententia nunquam carceribus, & vinculis emigraturum, ni Magistratui se profugus reddat, reddet verò nunquam, Deo vindice, morte nuper obita luit calumniator exul.

E V A S I M V S feliciter è tributorum procellis, quæ Collegij fundis impendebant, immunitatibus, & gratuitis Societatis nostræ laboribus per libellum suppliæ modestè expositis. Ad pagum quemdam syluis, & montibus horridum studio Nostrorum religio postlimino reuertit. Auctæ templi reliquæ quinque Thebæorū Martyrum capitibus, quibus ex Virgineo B. Vrsulæ Sodalitio quinque alia addita. Præter ossa præcipuorum Apostolorum, aliorumque Sanctorum, libraria suppælex auctior, & ornatior redditæ operibus Alfonsi Tostati. Collegij verò census munifico auctario locupletauit R.D. Hermannus Stephanus, quod minimum duobus in sequentes annos ab eius obitu sufficiet. Reuerendissimus

& Illustrissimus Princeps fundator noster paulò ante mortem mille aureorum largitione nobis æs alienum diminuit. Obijt ille non post multos dies, reuocauit à pueri confessione Sacerdoti nostro cum magnan-  
ris testificatione facta, cæteris item sacramentis vi-  
erat, mature instructus, sex & septuaginta natus annos. Illa ipſa nocte qua deceſſit, ad nostram eadem exiecta de-  
feruntur viscera, quatriduo pōst ipsum etiam cor vi-  
nulae inclusum, quod sex omnino diebus, quibus pro fun-  
datore parentauimus, antè summam aram substituit. De-  
functo Principi subiectus est Lotharius à Metternich,  
vir genere, & optimis notis commendatissimus: is al-  
tero ab electione die suam in nos benevolentiam libe-  
ralibus sanè promissis testatam esse voluit.

## COLLEGIV M MOLSHEIMIENSE.



LIT hoc Collegium socios septem & vi-  
ginti: Sacerdotes vndecim: scholarum Ma-  
gistros tres: Studiosos Theologiæ práti-  
cæ quinque: cæteris res domestica curæ est.  
Statis Dominicis, festis q; diebus in nostro templo con-  
ciones frequens ciuium concursus celebriores fecit. Co-  
municantium, confitentiumque messis huius anni solito  
copiosior fuit. Galli pauperes, & operarij plus minus  
trecenti sacramentis, & eleemosynis vndequaque coll-  
ectis adiuti. Senideni Catholicam fidem post erroris  
testationem complexi sunt. Duo ne ad fidei hostes de-  
cerent impediti. Cuidam persuasum, vt quinquennalem  
concubinatum legitimo honestaret matrimonio. Scru-  
tum, quod Ecclesiastico turpiter adhærebat, ad honestas  
nuptias traductum. Ab alio Sacerdote impetratum, vt  
concubinæ illecebris expediretur. Octo spiritualibus  
exerci

exercitijs exculti. Moribundis, & supplicium capitis lui-  
turis opera nostra salubriter impensa: septem de vene-  
ficio damnatae mulieres à Nostris ad rogum deductæ.

R O S S E M I V M Imperij oppidum est, quod hac-  
tenus nonnullam suspicionem præbuit erroris, opera  
Nostrorum feliciter in melius mutauit: Ad Paschales  
enim ferias exceptæ confessiones à Nostris quinquagin-  
ta supra quadringentas. Senatus porrò quām bene de  
nostræ Societatis officijs sentiat, manifestis beneuolen-  
tiæ signis ostendit: vnde non vulgares viri confirmant,  
rem Catholicam meliore loco nunquam ibi ab annis  
triginta fuisse. Obernheimeri quotannis scipis meliores  
euadunt. Natalibus Christi, Magistratu præeunte, ciues  
plus minus quingenti communione refecti sunt. Ad Pa-  
scha numerus eorum qui Nostris confessi sunt duplo  
maior. Ex ijsdem ciuibus viginti circiter Societatem  
coierunt sub tutela Deiparæ Virginis, quibus ex lege  
solemne frequentiū sacramenta Confessionis, & Com-  
munionis obire, quot mensibus ad nos Molshemium  
ventitare. Obernheimerianos æmulantur Bensfeldiani, qui-  
bus ad omnem virtutem quasi facem præfert generosus  
Dominus Gubernator. Eiusdem Christi natalitijs, quā  
concionibus, quā cæteris Societatis nostræ muneribus  
obeundis tantum Nostrí profecerunt, vt supra ducentos  
numerati sint, qui sacras Dominici corporis epulas ad-  
ierint. Mirum Gubernatoris, Præfecti vigiliarum, cetero-  
rumque ciuium studium in nobis excipiendis, ac dimit-  
tendis, quo nec ab amantissimis expectari posset maius.

E X C V R S V M est sub Paschæ ferias in alia qua-  
tuor oppida non pœnitendo fructu, præsertim Antlau-  
nam propter nobilissimum virginum quod ibidem visi-  
tur Collegium. Natali Domini Mutzingenses haec tenus à  
Nostris abhorrentes quatuor & quinquaginta Nostris  
confessi sunt. Octo persuasum quod in hoc oppido plus

quām nouum & insolens , vt palām cætero populo spe-  
ctante sacram synaxim perciperent. Correctus alibi mos  
& abusus, quo plures simul ad Sacerdotem confessio-  
nem adire solent. Catecheses quā domi, quā for-  
gnum peperē fructum beneuolis animis excepta-  
dam cūm fortē cognouissent Catechistam nostrum  
amandandum, eum cum lachrymis prosequentes, id vī  
summis precibus contenderunt, ne saltem à Nostris de-  
sererentur. Numerus eorum , qui foris Nostris confi-  
sunt, tria millia complectitur. Mulieres duæ ab agricul-  
tore, altera grauissima, altera longissima voto ad Sac-  
lum nostrum Albroniarium nuncupato , post confessio-  
nis, & Eucharistiæ sacramenta percepta conualuerē.

S C H O L A E & numero , & opinione in dies magi-  
ac magis efflorescunt , adeò vt de ijs amplificandis  
cessariò cogitandum sit. Eminent in his Sodales B. Virg-  
inis. Non nemo sub Natales ferias octo : alius sub fini  
ieiunij maximi septem ad poenitentiæ , & communioni  
sacramenta suauiter induxit. Sacra templi suppellex  
æta antipendijs(quæ vocant) sericis , & casula ex panno  
serico argenteo subtegmine intexto, cruce ex auro ter-  
tili ornata, multisque alijs munusculis , quæ breuitati  
causa tacentur. Datum in scena Drama B. Catharinae  
bus supra millibus auditorum spectantibus. In his lecti-  
sima magnæ nobilitatis iuuentus , quam Argentinæ  
Academia è Polonia, Styria, Bohemia , alijsque Imperi-  
partibus collectam pridie effuderat.

CO.

# C O L L E G I V M

## P A D E R B O R N E N S E .

**V**I de Nostris Paderbornæ virunt omnino tredecim numerantur : Sacerdotes septem: Professor unus : quinque rem domesticam curant. Concionibus qua domi , qua foris operæ fructus non pœnitendus collectus : confessionibus item complures adiuti. Tres fuere Religiosi, quorum duo spiritualibus exercitijs in instituto vitæ genere confirmati, tertius imposturis è fide deficiens opera Nostrorum reuocatus est. Virgo Deo dicata multis passuum millibus ad nos confessionis facienda causa venit. Multi Nostris adnitentibus Ecclesiae reconciliati sunt. Discipulorum pietas in eo maximè promouit, quod hospites suos de Christianæ fidei mysterijs docuerint: quod Verbi Ministros disputando confuderint: quod quam potuerunt, obſtiterint , ne feria sexta domestici carnes comedierint: quod nullis minis , aut modis à parentibus impelli potuerint , vt in sacramentorum participatione cum Verbi Ministris communicarent. Probata Nostrum virtus, & constantia, quando miles Germanus intra moenia receptus ciuibus animum fecit ædes nostras diripiendi, Nostros , vti non obscuris indicijs cognitum, trucidandi: qua de causa trecenti plus minus aliquando in forum conuenerunt, vt impetum in Collegium facerent. Taceo quibus,in templis,ac scholis,molestijs, & iniurijs affecti simus: quibus omnibus ope diuina,stupentibus amicis, & inimicis, superiores euasimus , Deo nos protegente: quasi semen vberioris aliquando messis in hoc fiticulo solo , cui Deus tanquam Coronæ Benigni

---

COLLEGIVM  
MONASTERIENSE.

**H**A B E T Monasteriense Collegium Socios decim: Sacerdotes octo: Magistros tria quinque Coadiutores. Confitentium, communicantiumque fuit in nostro templo bona copia. Generales exomologeses fecere permulti. Eucharistiam participarunt sexies mille, qui numerus in his corruptelis sanè magnus videri debet. Conclaves per Aduentum de poenitentia institutæ bonum retulere fructum. Ferijs Natalitijs Dominicum corpus sumptu quingenti: Kalendis Ianuarij solemnem Iobilæi Societas gratiam, quod hactenus in alieno templo fieri non potuit, in æde nostra debitæ ceremonijs euulgauimus. Communicarunt amplius quingenti. Nobiles aliquot fœminæ hæresim deseruerunt: in his Matrona prædine, cui principiū cōuercionis à duobus filiolis discipulis nostris extitit, qui cum matrem curiosius ad speculum multas exigentem offendissent, præfixerunt ad imum lumen Christi patientis imaginem, dixeruntq; Mater, cumte superiore speculo exsatiaueris, etiam hoc attiuus contemplare: quod verbum ita pupugit pectus, ex eo sensim mitesceret, ac dein erroribus abdicatis, cum nobili marito palam in templo nostro Confessoris, & Eucharistiæ sacramenta susciperet, simulque auratum scyphum ingentem è solidi argento ad vnum communicantium offerret. Adducta ad continentiam, & frangem sex, septemve scorta. Alicubi inter amicos graui-

sima lis composita, quæ nec Serenissimi Principis interuenit, nec Senatus urbani auctoritate sedari poterat. Dissidium quoque inter Nobiles magnum consopitum. Altarium cultus, qui diu obsoleuerat, opera Nostrum restitutus. Gymnasium quoad per aduenticias militum copias, & contagiosos morbos licuit, & numero & virtute præsttit. Quidam pusillus puer maluit tota Quadragesima panem aridum comedere, quam vetitos cibos contingere. Separatim virtus Sodalium B. Virginis inclaruit, ut ad eos non solum discipuli, sed viri quoque insignes se adiunxerint. Ciliciorum, iejuniorum, flagellationum recens, & hactenus inusitatus usus esse coepit.

EX CURSUM bis, semel ad arcem Principis Electoris, ad excipiendas Aulicorum confessiones: iterum ad Principem quemdam, quo in itinere Sacerdos noster in grassatorum manus incidens, quasi diuinitus malum captiuitatis evasit. Cum sub exordium Septembris urbem pestis occupasset, pro concione ciuibus opera nostra cum multorum commendatione & oblata, & praestita est, Peregrinis & palatis copijs, quas ciues urbis aditu arcebant, Nostri quoad potuerunt auxilio, & solatio fuere. Ea occasione nonnulli veræ fidei lucem respexerunt: & valuit adeò exemplum publicæ charitatis in miseros aduenas, ut è ciuitate libenter necessaria submittentur. Grex inquilinorum ad finitimam arcem catechismo informatus. Res domestica durissimo licet anno, liberalibus eleemosynis aucta. Cathedrales donarunt taleros ducentos. Vir quidam Nobilis aureo torque diuendito confectam ex eo pecuniam centum quatuor talentorum dedit ad usum aræ B. Virginis, necessitatemque domesticam leuandam. Mater cum filiabus effigiem Deiparæ gemmeam aureorum circiter triginta. Oblatus item sacrificialis ornatus aureus duplex: propetasmata duo

tæ duo, aureum vnum, alterum damascenum. Casula præterea holoserica: duplex vestis aurea pro statua Deiparæ. Scyphus alter argenteus ad usum communionis.

## COLLEGIVM HILDESHEIMENSE.



ERSANTVR in hoc Collegio Socij 10. Sacerdotes sex: Magister unus: Coadiutores tres: Confessionis, & communionis sacramenta frequentarunt mille circiter: ab heresi ad Ecclesiam reducti tres supra triginta, è quibus quinque primariæ nobilitatis adolescentes. Scholarum nostrorum existimatio vicinas regiones peruidit: vnde fit ut ab aduersarijs ad nostrum Gymnasium plures conuolent. Tres è discipulis nostris in Religiosis familijs se Deo dicarunt. Duo necdum Catholici victum, quem domini Lutherani gratis suppeditant sub nostra disciplina mendicato querere, desertis dominis malunt. Ob hoc in ius à Prædicante vocati, sententia populi vel ad priores redire Dominos, vel excedere ciuitate iubentur. Ad aliud ergo Collegium Societatis hinc abire, quam apud fideli homines manere maluerunt. Frequens, & iolem discipulis nostris cum Prædicantibus inire disputatem, cum certissima spe victoriae, quam subinde publico Senatus, ac populi heretici testimonio retulerunt. Quodam quando casus ita ferebat hereditatis quam Religionis iacturam facere maluit. Cum foeda dysenteria lues Hildesium cum finitimiis oppidis partim funestaret, industria nostrorum centenis aliquot hominibus sine

vlo

vlo religionis discrimine præsens remedium datum:  
vnde magnam etiam apud aduersarios gratiam, & exi-  
stimationem colegerunt. In alio loco hæretico fœmi-  
na Catholica sub idem tempus aqua lustrali, & herbis  
ritu Catholico consecratis, multos curauit.

## MISSIO HAMBVR- GENSIS.

**S**NT è Nostris in hac missione tres; Sacerdo-  
tes duo: Coadiutor unus. Non defuere nostris  
occasions exercendæ patientiæ. Nomen No-  
strum pro concione Prædicantes interdiu; fo-  
ris verò Domus nostræ, ac tectum nocturni circumcel-  
liones lacerarunt. Foro publico mercator Calvinianus  
nobis interdicens, è medio breui post tempore sublatus  
est. Hortus angustias nostras ampliauit. Tépli supplex,  
ac bibliothecæ piorum donarijs aucta. Tres infantes à  
nobis salutaribus aquis tinti. Tres ad Ecclesiæ gremium  
reducti. Triginta supra centum plus minus cœlesti pa-  
ne refecti. Longè plures à peccatorum fordibus ema-  
culati. Unus ab infestatione Dæmonis liberatus: com-  
plures ad meliorem vitæ frugem traducti.

M VLT I Principes ad nos cum rei diuinæ, tum cō-  
cionis gratia ventitarunt. Quædam magnis itineribus  
Sacramentorum percipiendorum causa, ad nos peruenit;  
quæ licet nobilissima sit, ob solam tamen fidem, à suis de-  
serta, labore manuum se, & ancillā ægrè sustentat. Adiit  
ad nos vxor Comitis Schavvenburgensis, cui locus in quo  
deginus, vñà cum finitimis castris ac pagis parent om-  
nia, facultate priùs à nobis impetrata curiosè perlustras,  
nonnullis benevolentiæ signis ostensis, in abitu donauit  
eleemo

eleemosynam. Virgo longissima via se contulit Altam, solius exomologeseos, & concionis obeundæ causa. Senes item duo, sexagenarius vñus, alter sepuaginarius longinquis itineribus ad nostra sacra properauit. Prior bonam Quadragesimæ partem, ne vetitis vtere tur cibis, pane & aqua transmisit. Posterior nullis vñinis, vel promissis sui Principis à fide Catholica moueri poterat: ambo Catholice communicant, & redeunt.

**M O N A S T E R I V M** Virginum medijs in flammis immune perstat hactenus, quod hoc anno conflationis causa nos inuisit. Navales operæ studijs nostri adiutæ. Senex multis ac periculosis nauigationibus mensis, hactenus abhorrens à confessione, monitu nostro, tūm pœnitentiæ, tūm communionis Sacramenta pī frequentat. Virgo maximo flagrans desiderio apud nos expiandæ conscientiæ, sed ab auia Lutherana modis omnibus obseruatur: graui demūm morbo correpta Prædicantes aduolant: illa palam fidem profiteri: paulò post conualescit, ad nos anathema mittit, de nulla re tristior, quam quod ei non liceat apud nos ritu Catholico communicare. Auo virginis vno cōgressu tantos Nostris scupulos iniecerunt, vt nec interdiu, nec noctu conquiscere posset. Vir alius vxore grauiter in partu pericitante Ministrum Lutheranū vocatus incidit in Nostrā cui puerpera, post instructionem confessa, statim mulculè sentit. Infantem recens natū baptizamus. Eneigmena Lutherana de confessione, communione, fidei professione priùs instructa sacramentis, & exorcismi à Nostris adhibitis à malo dæmone liberatur, quam verbi præcones vñus, & alter, euentu quidem frustrato, non tamē sine præsentissimo vitæ periculo liberare testarunt: Dæmon enim Ministrum corripiens, adeò verberibus mulctauit, vt seminecem relinquere: vnde pro-

con-

concione populo denunciant, potestatem dæmonem compellendi solis Apostolis concessam esse. Ex hac occasione altera mulierum, quæ Energumenam adduxerat, paucis post diebus ad Ecclesiæ gremium, à quo decem & octo annos aberrauerat, religiosè se recepit. Virgo nobilis olim sacrarum virginum monasterio dicata, per amicos hæreticos inde vi extracta, paulatimque fidem quasi deditens, errorem imbibit. Post annos vero plures memoriam prioris institutionis repetens inardescit cupiditate cognoscendæ religionis Catholicae; vix ullam sinit elabi noctem, qua non è stratu suo surgens aliquot horas in oratione ponat: nec irritæ preces, à Sacerdote nostro pijs monitis imbuta restituitur Ecclesiæ.

---

## COLLEGIVM EMBRICENSE.

**O C I O S** undecim Sedes Embricensis habet, septem Sacerdotes, duos Magistros, duos item Coadiutores. Extremo Decembri prioris anni mortuus est M. Arnoldus Bloemartz Grauenensis, animo læto, vultu post morte solito etiam amabiliore. Annos ferè sex in Societate egerat, puritati mentis ac maiorum obseruantiae imprimis deditus. Cum aliena in æde D. Martini sepulchri copia non esset, vidua pia hæreditarium in eadem suum benignè obtulit, eaque Cleri, & magna populi frequentia funus prosequente, non sine lachrymis illatus est. In summis rerum difficultatibus restamen Collegij satis aucta. Sacerdos exul mille florenorum amplius summam donauit. Virgo singulari pietate, nec Embrice habitans, duum mil-

F f

Ium nos scripsit hæredes. Vidua fuit, quæ octingentos florenos in annua discipulorum præmia, & catechistica munuscula attribuit. Aliæ insuper virgines minore facultate, pari laude morientes nobis benè fecerunt, ut omissam eleemosynas recepto iam more quotidie domum mitti solitas. Templi instrumentum inter alia eleganti palla damasceno opere texta, & argenteis aliquo phialis auctum. Litteræ temporum calamitate magnum hoc anno damnum fecerunt.

N V M E R V S iuuentutis centesimum quinquesimum vix attigit. Sodalitas B. Virginis paucitate statuit, nihil tamen ab anni superioris visitatis poenitentijs remisit, propter in maiorum celebritatum perungulis apparuit. In communi pestilentia plures cum magna pietatis testificatione decepsere: plures cum praesenti vita periculo moribundos allocuti. Nonnulli religiosam vitam complexi fuissent, nisi laxior disciplina aliud suadere coegerisset. Fuere, qui pro templorum foribus stantes amplam stipem pro faucijs, & infirmis militibus coegerunt. Res ciuitatis Embricensis subinde gravissime perturbatae, receptis & emissis ultro, citroque militum copijs: unde Nostris apertus campus charitatis exercenda, Ciuium quidem, quoad licuit, incoluntati consulendo, laborantes vero & ægros consolando. Conciones ad præsidiarios instituta, quibus effectum, ut sub Paschæ ferias aliqui confiterentur, aliqui etiam ad Catholicam fidem amplectendam incitarentur. Ex aduersariis, qui propius à moenibus hærebant Angli ex urbe glande traectus in urbem delatus, opera Gubernatoris, & nostri Sacerdotis Ecclesiæ restitutus est. Post octauam Paschæ Cardinalis Andreas ab Austria, comite Octavio, Nuncio Apostolico, & Francisco Men-doza Regiarum copiarum Imperatore Collegium inuisit, magna benevolentia testificatione. Miraculo non dif-

simile. Chorus pensilis in æde D. Martini vnà cum organis magna iactura contusis ,vnà secum traxit cum multis alijs B. Virginis statuam è ligno magnitudine mediocri, puerum Iesum gestantis : dum cætera eruuntur, effigies integra omnino cum puero reperta est. Itaque ob miraculi memoriam in aram nostram translata ibi nunc religiosè inuisitur. Nuncius Apostolicus diebus aliquot in vrbe subsistens innumeris omnis ætatis , & sexus , sacramentum Confirmationis impertijt, quod ab hominum memoria non fuerat collatum. Idem in causa quadam magni momenti, re, & consilio nos iuuit , relicto etiam liberalitatis suæ apud nos monimento, Dominus Admiralius abiens insigné nobis eleemosynam reliquit. Cæsarea Maiestas suam in nos benevolentiam litteris ad Illustrissimum Ducem Cliviæ datis , quibus hoc nostrum Collegium ei commendabat, testata est. Deinde Illustrissimi Principes non exiguis signis , in causa nostra Consiliarijs commendanda , eandem ostenderunt.

EX T E R N O R V M Sacra menta frequentantium numerus fit in dies maior , & à multis locis etiam hæreticis, ad nos concurritur. Ab hæresi aliquo absolu: duo ex hæreticorum castris capitem pœnam subiuri à Nostris ad confessionem adducti, confirmatique sunt. Ad ægrotorum salutem curandam vulgo iam tota vrbe vocamus. Eques, noster olim Moguntiæ discipulus, in hostes lapsus, ab eisque rebus omnibus exutus, & plagiis contusus , industria Nostrorum mentis, & corporis ægritudine liberatus est. Mulieri tormenti ictu venter cum parte pedis auulsus fuit , quæ confessa , & corpore Domini refecta, post factum Deiparæ votum celeriter ventrem, postea etiam ingrediendi facultatem recuperauit. Domus à maleficiis vexata iustrata à nobis leuationem mali accepit, subuentum ijs , qui beneficijs affli-

F f 2

## 444 PROVINCIA RHENASA.

Eti, & ad manus sibi inferendas sollicitati, coelestis Agnus  
plagunculis, alijsque Ecclesiaz visitatis remedijs. Rulicus  
quidam, cum nullam quietem posset capere, aqua be-  
nedicta hausta postridie latus redijt, bellè sibi noctem  
abijisse nuncians. Puella item nobilis tantis do-  
loribus torquebatur, vt miserrimos clamo-  
resederet, vocati Nostri, vt sacras pre-  
ces super ea recitarent, ijs lectis,  
alijsque amuletis usurpatis,  
statim revaluit.

\* \*



PRO